

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 19tum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

fulcite me floribus, stipate me malis quia
 amore languo. ^{o languor est amor} Tunc amplexus et oscula, quae
 viscunt mellis pocula. ^{o dulcissime, Deus qui} O beatum incendium,
 o ardens desiderium, amare unicum, verum, et
 summum bonum. ^{o felix lan-} O Deus meus amor meus di-
 lecta mea in amore, ut discam interioris degus-
 tare, quam bonum, quam suave, quam dulce sit
 amare te o summum bonum meum. ^{o mi dul-} O mi dul-
 cissime Deus spes suspirantis anima te mea
 quarunt lacryma, apud te est os meum sine voce,
 te solum desidero, te solum quaero, quam felix,
 cum te inuenero.

Capitulum
 Aspirationes ad Deum ob eius
 misericordiam

1. Quid cause est o dulcissime Deus, quod
 multis cordibus tam suis amabilis? cur anima
 electorum ^{quorum} tantopere in te exultant? nunquid
 hoc ipsorum innocentia tribuendum est? mihi
 me, sed tibi tua concedendum est misericor-
 dia. ^{quod} dum enim ^{perpendenda} sua attendunt delicta, ^{quod}
 quibus pietate tua ^{gravi} indignos, tu ^{o amant} o amant
 issime Deus eos ad te revertentes tam pater-
 ne complectaris, teq; adeo benignum, exhibeas,
 veluti si te nunquam offenderent; hoc est,
 Domine Deus, quod te in cordibus eorum.

Henric. Suso
 apud Blif. in
 consol. pupil.
 ex una parte
 q se reddiderunt.
 deo conside-
 rant quod
 animo obvol-
 vunt dumq;
 considerant.
 ex altera v. idf.

ps. 144
S. aug. apud
Blef. in conf.
puffill.

Zach. 1.

S. aug.
Soliloq. 18.

ps. 102

ps. 102

tam amabilem, tam dulcem efficit. Verè mi-
sericors et miserator Dominus, longanimis,
et multum misericors. In his, in quibus
veniam dedit, misericors est; in his, in quibus
non dedit adhuc, longanimis est non damans,
sed expectans, atque ipsa expectatione cla-
mans: convertimini ad me, et ego convertar ad
vos. O amantissime Deus, quis se non conver-
tat ad te? quis ad te non accedat? quis te non
semper quærat? Cum sis tam pius, tam beni-
gnus, tam misericors. O pater misericordiarum au-
di ejulatum pupilli tui: porrige manum tuam ad-
iutricem, ut retrahat me, ab amore rerum tran-
sientium, et adduciat me in Semitam dilectio-
nis tuæ; non enim est volentis, neq; currentis
sed tui miserentis, ut diligam te: tuum Domine
est hoc donum, cuius est omne bonum.

2. Equidem miser sum et miserabilis, quia anima
mea multis repletur miseriis. Sed cur anxier?
cur metuam? cum habeam Dominum, cuius mi-
sericordia plena est terra, qui secundum altitu-
dinem coeli à terra corroboravit misericordiam
tuam super timentes se; quanto namq; coelum
altius est terrâ, tanto misericordia ejus major
est, quam mea et omnium hominum mise-
ria; Quomodo igitur pater miseretur filio-
rum, sic miseretur Dominus timentibus se,

quoniam ipse cognovit figmentum nostrum:
 et quo abundantior in me est miseria, eo magis
 Super me ^{moventur viscera} ~~est~~ misericordia, ^{ejus} ~~in~~ ^{adeo} ~~tantum~~,
 ut meam miseriam inspicere nequeat, quin
 invocatus mox misereatur, ipso attestante:
 clamabit ad me, et ego exaudiam eum, cum
 ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et
 glorificabo eum. O Deus meus misericordia
 mea. tu es, qui sanas omnes infirmitates
 meas, qui redimis de interitu vitam meam
 qui coronas me in misericordias et miserationi-
 bus. Verè tu es misericordia mea; nam mi-
 sericordia non est pro te, qui ^{arripas} ~~arripas~~ ^{nosces} ~~nosces~~,
 sed pro me, qui ⁱⁿ ~~in~~ ^{abundo} ~~abundo~~, ^{quorum} ~~quorum~~ ^{maxima} ~~maxima~~
 est, quod sapius vana hujus saeculi appetam;
 te verò summum bonum, et omnium deliciarum
 pelagum unice non desiderem. En abyssus mi-
 seria abyssum invocat misericordia: sana me
 Domine, illumina me, inflamma me, ut dili-
 gam te.

Ps. 90

Ps. 58

Ps. 41

3 Nunc recolam Domine Deus misericordiam,
 quam specialiter exhibuisti anime meae. Heu
 ubi nunc essem o benignissime Deus, nisi mi-
 sericordes oculos duos convertisses ad me, et
 anima mea peperisses. Errabam sicut
 multi, qui perierunt, sed tu mei miser-

Dus quaesivisti, et reduxisti me. O quoties
 descendi usq. ad portas inferni, sed ne illuc cu
 multis aliis intrare, tu me tenuisti. Heu
 de te vix unquam cogitabam; tu vero inces-
 santer curam mei gerebas. Multiplicabam nu-
 merum delictorum meorum. et tu mihi prae-
 parabas abundantiam gratiarum tuarum. Red-
 debam mala pro bonis tuis. tu vero non desine-
 bas reddere bona pro malis meis. Millies itaq.
 merui infernum; et millies, si ita loqui fas
 est, vis mihi dare coelum. Verè miseriordia
tua magna est Super me. Heu cor meum
ferreum sit oportet, si ~~iam~~ ad tui amore
non moveatur. Ah tuum sit totum id quod
vivo, et totus totum me tibi offero. To-
tus Spiritus, totum cor, totum corpus, tota
vita mea et vivat tibi, vita mea dulcis?
quoniam totum me liberasti ut totum me
possideres. Diligam te igitur Dne virtus
mea; diligam te ineffabilis exultatio
mea, et vivam iam non mihi, sed tibi soli.

August.
 Solil. c. 18.

Caput 20.^{mum}
 Aspiraciones ad Deum ob eius
 potentiam.

Esth. 13.
 1. Domine Deus tu fecisti coelum et terram,
et quidquid coeli ambitu continetur, a te sua ori-
ginem proficetur. A te omnia dulcia trahunt
sua dulcedinem, omnia amoena sua amoena

Hanc orationem scripsit bene memorabilis in provincia Gallienensi
 S. Augustinus de Civitate Dei libro 18. capitulo 18.